

REA
3108

~~24-10-78,~~

~~S.C. 4970~~

Per

3108

Pus

SACRUM


3108

PROVINCIALE

CONCILIVM OLYSSIPONEN-

se secundum, anno à Christo nato,

1574. celebratum.



Antonius Gonsalves Typographus
excudebat. 1575.

PROVINCIALE

CONSTITUTIONES
IN SENATU
1774



Amstelredamum
1774

GEORGIUS ALMEIDA

ARCHIEPISCOPVS METROPOLITANVS
Olybiponensis, omnibus huius prouinciæ gradus ecclesiastici
viris cœlestem diuini Numinis afflatum, sem-
piternamque aptat felicitatem.



TSI Pater misericordiarum Deus, perpetuo seculorum decursu, Christianæ reipublicæ, præcipua quadam ratione consuluit, eiusq; salutem, & accessionem charissimã, atq; antiquissimã habuit: his tamen miseris & ipsi Ecclesiæ luctuosis tēporibus, quibus tanta facta est morū inclinatio, quasi signū nobis sustulit colēdæ, atq; amplificandæ pietatis, ac diuinæ religionis certissimum. Cū enim præceptis profligatissimorum hominum temeritas, & effrenata viuendi licentia in dies adolesceret, non sine causa omnes boni verebantur, ne diuturnitate corroborata in perniciem sanctissimæ Religionis erumperet. At verò, quæ Dei optimi maximi est erga suos prouidentia, veterem illã, iandiu intermissam, ac propè senescentem tantis malis consulendi, ac prouidendi consuetudinem, longo sane interuallo Christianæ reipub. restituit, atq; renouauit.

Grauiſſimis enim Patribus in præclara Trid.
Synodo cōgregatis eam mentē dedit, vt pro
uincialia Concilia ſolēnibus, ſtatisq; tempo
ribus celebrāda ſapientiffimè præciperent.
Fuit ea quidem nunquā ſatis laudanda con
ſuetudo ſanctiffimis olim Patribus noſtræ
Fidei ſigniferis crebrò uſurpata, quippe cū
ipſi ad captioſas, peſtiferasq; opiniones euel
lendas, omnesq; errorum tenebras diſſipan
das, appoſitam eam, maximeq; idoneam eſ
ſe arbitrarentur. Sed neſcio quo caſu, ni
mium diu, nec ſine magna bonorum mo
rum iactura, à noſtris hominibus inter
miſſa eſt. Etenim ſiquis longiſſimè reſpi
ciat ſpatium præteriti temporis, & Patrum
memoriam recordetur vltimam, inde uſq;
repetens, hac vna ratione reperiet obortas
in Eccleſia tempeſtates fuiſſe ſedatas, oppreſ
ſas hæreſes, diſſidia extincta, controuerſias
de maximis rebus deciſas, omnem deniq;
perturbationem penitus conſopitam. Sic
Arij impudens temeritas Niceno Concilio
coercita, & repreſſa eſt: ſic Macedonij impi
us error iugulatus Conſtantinopolitano: ſic
Nectorij compreſſa petulantia Ephefino: ſic
Euthycis, & Dioſcori nefaria hæreſis confu
tata Chalcedonenſi: ſic Anthimus, Sergius,
cæteriſque

ceteriq; homines ex conuentu Christianorum deterrimi, factiosi, ac turbulenti fuere compressi: atq; ex numero piorum hominum commercioq; reiecti, exclusi, ex terminati: ne syncera oues eorum contagione lædi, contaminariq; possent. Sic videlicet longo post seculorum decursu perniciosæ hominum perditorum sectæ, ac dissidentes opiniones ad perniciẽ profligatæ, extinctæ, ac sublata Lateranensi, Lugdunensi, Viennensi, Florentinoq; Concilijs. Sic demum nostræ ætatis insanæ hæreses refutatæ ac reiectæ Tridétino, & fluxi hominũ mores ad seueriorẽ disciplinã reuocati. Itaq; quoties vel de maximis rebus controuersiae oriabantur, vel exitiosi errores profligatorum hominum pestifero conatu introducebantur, salutaris Conciliorum medicina mature adhibebatur. Huc tanquam in portum prisca illi Patres colendæ Religionis auctores, ac magistri, ex omni perturbatione temporũ perditorũ, veluti aduersa tẽpestate reiecti, appellebãt. Huc tanquam ad asylum, ac sacram anchoram periculosis fluctibus oppressi confugiebant. Hoc perpurgandi Ecclesiæ aream ventilabrum esse arbitrabantur: hoc paleas à tritico secernebant: eodẽ

nocētes herbas in dominico agro pululātes
ita refecabant, vt ipsa equidē Concilia, Eccle-
sia tanquā sarculi, trito iam sermone, vsurpa-
rentur. Atq; ita factum est, vt, hac Conci-
liorum crebra per interualla facta repetitio-
ne, suum Ecclesia semper nitorem retine-
ret: quinetiam nouus inter offusas tenebras
splendor illucesceret. Contrā verò, post-
quā hęc perpurgandi Ecclesiam salutaris
ratio sensim est intermissa, tot hinc inde
sunt obortæ tempestates, tot concitatae se-
ditiones, tot capitalium hominum gre-
ges à vera Fide, Religioneq; abhorren-
tium inuasere, vt nostra hęc tempora fune-
stis erroribus, ac pestilenti opinionum vari-
etate quasi insanis quibusdam fluctibus pe-
nè obrui videantur. Utinam Christiana Re-
spub. sic domesticis careret exemplis, vt ex-
terna petenda essent: sed (quod sine lachry-
mis dici non potest) pleni sunt huiuscemo-
di perturbationum libri, plena est historia,
oppletæ nostræ aures, in armis prouinciæ,
ac regna propè dicam integra, quæ etiam
militum clamore, armorumq; strepitu, pa-
cem nequeunt retinere. Feruens ille splen-
didusq; pietatis ardor in multorum animis
oblanguit: illud diuinarum rerum deside-
rium

rium, pro dolor, extinctum est: pro quibus
morum corruptela, & licentia, libertasq; vi
uendi inuasere. Cui morbo mortifero, ser
pentiq; in dies latius sacrosancta Synodus
Tridentina vt presentissimo remedio oc
curreret, curationemque adhiberet, mirifi
cam illam Patrum consuetudinem propè
iam extinctam ab iniuria obliuionis sanctissi
mè asseruit, Conciliorumque memoriam
propè intermortuam renouauit virtute, con
silio, ratione mirabili ad laudem, & propè
singulari: quò & ea, quæ dissoluta erant, ac
dissipata, conuenterentur, & vitijs omnibus,
ac licentiæ, libertatiq; viuendi aditus præ
cluderetur. Quapropter, vt cætera item
omnia, de cõmuni sententia prudentissimè
sancitum est, vt prouinciali Synodo habendæ
legitimum omnibus esset prouincijs, ac so
lenne tempus: vt ea quæ vel ad conforman
dos & corrigendos mores, nimiaque rese
canda, vel ad sedendas controuersias, pro
uincialesq; in officio salutaribus institutis
retinendos, atq; ad id genus alia sacrorum
Canonum norma dirigenda pertinerent, hac
maximè ratione constituerentur: & vt ma
lorum denique omnium non modò nascent
es rami amputarentur, sed omnes etiam
radicum

radicū fibræ penitus euellerentur: Nos igitur Patrum doctrina & pietate excellentiū vestigijs piè sanè insistentes, & Ecclesiæ præceptis, vt par est, submissè obtemperantes prouincialē Synodū superiore anno coegimus: quò salutares ea super re editas sanctiones salubriter exequeremur. Quāuis enim tota hæc prouincia, singulari Dei beneficio, tranquilla pace perfruatur, Fideiq; splendor, ac Religionis synceritas in ea in dies enitescant, prouidendum tamen est, ne vlla vitiorum zizania, aduersarij nostri opera, succrescant. Rem igitur hanc toto pectore aggressi, comprouinciales Episcopos euocauimus, & cathedrales ecclesias, per literas, admonuimus, vt suos ad hanc Metropolitanam sedem mitterent procuratores: quò maturè sanè omnes accurrerunt, eos præter, qui iustis, legitimisque de causis adesse nequiverunt. Congregatis deinde omnibus, diuini spiritus auxilio implorato, factis interim crebris sacrificijs, fuisq; ad Deum precibus pro felici huiusce rei, prosperoque successu, inchoata Synodus, & aliquot Sessionibus, quæ omnino vndetriginta capitibus continentur, & celebrata, & ex animi sententia est absoluta.

In his

In his autē Sessionibus, attētē cōsideratis om-
nibus, maturoq; cōsilio pensatis, adhibito
multorū & literis & pietate pręstantium vi-
rorum iudicio, tota denique re sæpius com-
municata, ea potissimū statuta sunt, qui-
bus & diuini Numinis gloria amplificari,
& omnibus Christi fidelibus, quos hæc con-
tinet prouincia, magnum ad æternę salutis
ademptionem afferri posse adiumentum &
pręsidium videbatur. Vt verō quę hisce
actionibus per Episcoporum sententias de-
creta & sancita sunt, non cognoscendi mo-
dō omnibus facultas fieret, sed etiam fru-
endi copia pręberetur, oportere visum est,
ea typis excudere. Faxit Deus, cuius hæc
auxilio inchoata, & confecta sunt, ita te-
licem & optabilem exitū omnia habeant,
vt in diuinę Maiestatis amplitudinem ac
gloriam, Ecclesięque ædificationem,
atque animatum salutem
& incolumitatem
reducent.

¶ **Capita**

CAPITULA RERVM,

Decretorumq̄, quæ in hac prouinciali
Synodo Olyssiponenſi con-
tinentur.

IN secundum prouinciale Conciliū Olyſ-
ſiponenſe præfatio. fol. 1. pag. a.

Interrogatio reuerendiſſimi Domini Ar-
chiepiſcopi, eodem. fol. pag. b.

Fidei Orthodoxæ profeſſio. & ipſius Metro-
politani, & Coepiſcoporum. fol. 2. a. vſq̄
ad fol. 10.

Quædam ſacroſanctorum Conciliorum ca-
pita initio Synodi recitata. cap. 1. fol. 10.
pag. b.

De ſacerdotibus, qui ſanctiſſimum Chriſti
corpus comitaturi ſunt, cum ad ægros de-
ducetur. cap. 2. fol. 11. a.

De ſacellis apud pagos, qui procul à paro-
chliali Eccleſia diſtant, erigendis: ad ſan-
ctiſſimam Euchariſtiam ægrotis miniſtrā-
dam. cap. 3. fol. 12. b.

De celebratione Miſſarum. cap. 4. fol. 13. a.

De examine Confessariorum, qui concien-
tiæ caſus audierunt. cap. 5. fol. 15. a.

De Confessarijs, quibus ſtipendium pro con-
feſſionibus interdicitur. cap. 6. fol. eod. b.

De cano,

- De Canonicis & Beneficiatis muneri cōfessionū** sua sponte vacātibus. cap. 7. fol. 17. a.
- De ijs, qui sacris iniciātur ordinibus.** cap. 8. fol. eodem.
- De desponsatis;** cap. 9. fol. 19. b.
- De sponsaliorum præsentia sacerdotibus** euitanda. cap. 10. fol. 20. b.
- De ijs, qui matrimonio coniuncti, id ante** denūciationes cōsummat. cap. 11. fol. 21. a.
- De diligentia ante denūciationes à sacer-** dotibus adhibenda. cap. 12. fol. 22. a.
- De obseruando Motu proprio, Super clau-** sura, statuq; Monialium. cap. 13. fol. 24. a.
- De residentia Priorum, & aliorum Curato-** rum. cap. 14. fol. 25. b.
- De facultate ijs neganda, qui se ad literarum** studia cupiunt conferre, cū beneficia curata habeant. cap. 15. fol. 26. b.
- De ijs, qui in examine repulsam tulerunt.** cap. 16. fol. 27. a.
- Quo pacto Priores, & Vicarij, alijsq; Sacer-** dotes in suis munijs obeundis se gere re, atq; impartire debeāt. cap. 17. fo. eod. b.
- De doctrina pueris impertienda.** cap. 18. fol. 31. a.
- De puerorum institutione, Seminarijsq; eri-** gendis. cap. 19. fol. eodem. b.

De concio-

De concionibus habendis ad populum.
cap. 20. fol. 32. b.

De Beneficiatis concionatoribus. cap. 21.
fol. 33. b.

De poenitentijs; ecclesiasticorum præcepto-
rum transgressori imponendis. cap. 22.
fol. 24. a.

De ijs, qui propria loca in ecclesijs vsur-
pant. cap. 23. fol. 35. a.

De Ecclesiasticis liberos domi alentibus.
cap. 24. fol. eodem. b.

De foeminis, quæ se publicè verberant.
cap. 25. fol. 36. b.

De ijs, qui pernoctare solent in templis.
cap. 26. fol. 37. a.

De foeminis, qui se prostituunt. ca. 27. fo. 39. a.

De ijs, qui ad remotas ecclesias in collibus,
campisq; sitas cum scandalo peregrinan-
tur. cap. 28. fol. 40. a.

De congrua modulandi ratione in quibus-
dam diuinis officijs cum cantu persol-
uendis. cap. 29. fol. 41. a.

De concionibus habendis ad populum.
cap. 20. fol. 32. b.

IN SECVNDVM

PROVINCIALE

CONCILIVM

OLYSSIPONENSE

PRAEFATIO.



ACRVM PROVIN-
ciale Concilium Olyssippo-
nense secundum habitum
est in maiori Ecclesia Dei-
paræ Virgini Mariæ dicata, Dominica
quarta quadragesimæ, primo & vicesimo
die mensis Martij, Pontificatus sanctissi-
mi Domini Domini nostri Gregorij Pa-
pa decimi tertij, anno secundo, presidente
illustriſſimo ac reuerendiſſimo Domino
Georgio Almeida Archiepiscopo prouin-
ciae Metropolitanæ, de consilio & assensu

A

reueren-

FIDEI PROFESSIO

reuerendissimorum in Christo Patrum,
Gasparis Casali Leiriensis, Andreae No-
ronnae Portalegrensis, Emmanuelis Mene-
sij Lamecensis, ac Hieronymi Barretti
Funcialensis, comprouincialium Episcopo-
rum, coram magno & clericorum & reli-
giosorum, primariorumq; virorum conuen-
tu: anno à Natiuitate Domini nostri Iesu
Christi, M. D. Lxxiiii.

INTERROGATIO


reuerendissimi Domini
Archiepiscopi.

Sacrificijs rite peractis, reliquos
Episcopos reuerendissimus Me-
tropolitani in hunc modum in-
terrogauit, Placétne vobis reuerendissimi
Patres, vt ad laudem & gloriam sanctæ
dei indi-

& indiuiduae Trinitatis, Patris, & Filij,
 & Spiritus sancti, ad Christianae reli-
 gionis augmentum, & huius prouinciae re-
 formationem, hoc prouinciale Concilium le-
 gitimè congregatum ab hac die aperiatur,
 atq; in eo tractentur ea, quae sacros. nētū
 œcumenicū & generale Concilium Triden-
 tinum superioribus annis decreuit, ea de
 niq; statuatur, quae ad rectam viuendi
 viam pertinere videbuntur? Responde-
 runt, Placet.

Sess. 24.
 de Refor.

FIDEI ORTHODOXÆ professio.



IN NOMINE sanctæ
 & indiuiduae Trinitatis,
 Patris, et Filij, et Spiritus
 sancti, hæc sacra prouincialis

A 2

Olyssippo

FIDEI PROFESSIO

Olyssiponensis secunda Synodus, illustrissimo, ac reuerendissimo Domino Georgio Almeida Olyssipponensi Archiepiscopo, ac prouinciæ Metropolitanae presidente, de consilio & assensu reuerendissimorum Patrum comprouincialium Episcoporum, rite iuxta Canonicas sanctiones congregata, cum ea de causa coactam se planè agnoscat, ut, quæ ecclesiarum & personarum ad se pertinentium interesse nouerit, omnium diligentia statuat, consciaq; sibi sit primum fundamentum Christiani ædificij Fidem esse (sine qua impossibile est placere Deo) cui etiam annexa esse debet eiusdem Fidei confessio, ut qui corde credimus ad iustitiam, ore etiam confiteamur ad salutem, Fidei professionem, atq; in sanctæ Romanæ Ecclesiæ obedientiam sub iure iurando sponsonem, secundum Bullæ for-

mans

cōcil. Tri
 sess. 3. in
 decreto de
 Symbolo
 Fidei.

nam sanctissimi domini felicitis recordationis Pij Papæ quarti, ita præmisit:

Primum enim illustrissimus ac reuerendissimus Dominus Archiepiscopus Metropolitanus pontificalibus indumentis ornatus, dictamq; sanctissimi Domini Bullam in manibus habens, coram omnibus, clara voce, in manibus reuerendissimi Episcopi Leiriensis, Antistitum huius provincie antiquissimi, professionem Fidei, iuxta illius formam, sic emisit:

Ego Georgius, Olyssipponensis Archiepiscopus, & provincie Metropolitanus firma fide credo, & profiteor omnia & singula, quæ continentur in Symbolo Fidei, quo Sancta Romana Ecclesia utitur, videlicet, Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cæli & terræ, visibilibus omnium, & invisibilibus:

FIDEI PROFESSIO

Et in unū Dominum IESUM Christum
 Filium Dei unigenitum, & ex Patre na-
 tum ante omnia secula, Deum de Deo, lu-
 men de lumine, Deum verum de Deo ve-
 ro, genitum, non factum, consubstantia-
 lem Patri: per quem omnia facta sunt:
 Qui propter nos homines & propter nos-
 tram salutem descendit de cœlis, & incar-
 natus est de Spiritu sancto, ex Maria Vir-
 gine, ET HOMO FACTUS EST:
 Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pi-
 lato, passus, & sepultus est: Et resurre-
 xit tertia die, secundum Scripturas: Et
 ascendit in cœlum, sedet ad dexteram Pa-
 tris: Et iterum venturus est cum gloria
 iudicare vivos et mortuos: cuius regni non
 erit finis. Et in Spiritum sanctum, Domi-
 num, & Vivificantem, qui ex Patre, Fi-
 lioque procedit, qui cum Patre & Filio si-
 mul

mul adoratur, & conglorificatur, qui lo-
 cutus est per Prophetas: Et vnā sanctā
 Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam:
 Confiteor vnum Baptisma in remissionem
 peccatorum. Et exspecto resurrectionem
 mortuorum. Et vitam venturi seculi:
 Amen. Apostolicas & Ecclesiasticas tra-
 ditiones, reliquasq; eiusdem Ecclesie ob-
 seruationes & constitutiones firmissimè
 admitto & amplector. Item sacram Scri-
 pturam iuxta eum sensum, quē tenet &
 tenet sancta mater Ecclesia, cuius est iu-
 dicare de vero sensu, & interpretatione
 sacrarum Scripturarum, admitto: nec eam
 vnquam, nisi iuxta vnanimem consensum
 Patrum, accipiam, & interpretabor. Pro-
 fiteor quoque septem esse verè & propriè
 Sacramenta nouæ legis à IESU Christo,
 Domino nostro, instituta, atq; ad salutem
 A 4 humanā

FIDEI PROFESSIO

humani generis, licet non omnia singulis,
 necessaria: scilicet Baptismum, Confirma-
 tionem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Ex-
 tremam Vnctionem, Ordinem, & Matri-
 monium: illaq; gratiam conferre: & ex
 his Baptismum, Confirmationem, & Or-
 dinem sine sacrilegio reiterari non posse.
 Receptos quoq; & approbatos Ecclesiæ
 Catholicæ ritus in suprâ dictorum omnium
 sacramentorum solenni administratione re-
 cipio, & admitto: Omnia & singula, quæ
 de peccato originali, & de iustificatione in
 Sacrosancta Tridentina Synodo definita
 & declarata fuerunt, amplector, & reci-
 pio. Profiteor pariter in Missa offerri Deo
 verum, proprium, & propitiatorium sacri-
 ficiam pro viuis & defunctis, atq; in san-
 ctissimo Eucharistiæ Sacramento esse ve-
 rè, realiter, & substantialiter corpus &

sanguis

sanguinem vnà cum anima & diuinitate Domini nostri, IESV Christi, fieriq; conuersionem totius substantiæ panis in corpus, & totius substantiæ vini in sanguinem, quam conuersionem Catholica Ecclesia Transubstantiationem appellat: Fateor etiam sub altera tantùm specie totum atq; integrum Christum, verumq; Sacramentum sumi. Constanter teneo Purgatorium esse, Animasq; ibi detentas fidelium suffragijs iuuari: similiter et Sanctos vnà cum Christo regnantes, venerandos, atq; inuocandos esse, eosq; orationes pro nobis Deo offerre, atq; eorum reliquias esse venerandas. Firmiter assero imagines Christi, ac Deiparæ semper virginis, nec non aliorum Sanctorum habendas & retinendas esse, atq; eis debitum honorem, ac venerationem impartendam. Indulgentiarũ

FIDEI PROFESSIO

gentiarum etiam potestatem à Christo in
Ecclesia relictam fuisse, illarumq; usum
Christiano populo maximè salutarem
esse affirmo. Sanctam Catholicam, &
Apostolicam Romanam Ecclesiam omni
um ecclesiarum matrem & magistrantem
agnosco: Romanoq; Pontifici beati Pe-
tri Apostolorum principis successori, ac
IESU Christi Vicario veram obedi-
tiam spondeo, ac iuro: Cetera item omnia
à sacris Canonibus, & œcumenicis Con-
cilijs, ac præcipuè à sacrosancta Triden-
tina Synodo tradita, definita, et decla-
rata indubitanter recipio, atq; profiteor,
simulq; contraria omnia, atq; hæreses
quascunq; ab Ecclesia damnatas et rei-
ctas et anathematizatas ego pariter da-
mno, reijcio, et anathematizo. Hanc ve-
ram Catholicam Fidem, extra quam ne-
mo saluus

imo saluus esse potest, quam in præsen-
ti, sponte profiteor, et veraciter teneo,
eandem integram, et immaculatam, usq;
ad extremum vitæ spiritum, constan-
tissimè (Deo adiuvante) retinere, et con-
fiteri, atq; à meis subditis vel illis, quo-
rum cura ad me in munere meo specta-
bit, teneri, doceri, et prædicari, quan-
tum in me erit, curaturum: Ego idem
Georgius, Olyssipponensis Archiepisco-
pus, et provincie Metropolitanus, spon-
deo, voueo, ac iuro: Sic me Deus adiu-
uet, & hæc Sancta Dei Evangelia.

¶ Deinde reuerendissimos Patres provin-
cie Coepiscopos intuens, iuxta eiusdem
Bullæ tenorem, eademq; verborum formu-
la, ad hunc modum interrogauit:

Reuereudissimi Patres, firma fide
creditis, & profitemini omnia &
singula,

FIDEI PROFESSIO

Singula, quae continentur in Symbolo Fidei, quo sancta Ecclesia utitur, videlicet, Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem caeli & terrae, visibilium omnium, & invisibilium: Et in unum Dominum IESUM Christum Filium Dei unigenitum: Et ex Patre natum ante omnia secula: Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, genitum, non factum, consubstantialem Patri: per quem omnia facta sunt: Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de caelis, & incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine, ET HOMO FACTUS EST: Crucifixus etiã pro nobis sub Pontio Pilato, passus, & sepultus est: Et resurrexit tertia die secundum Scripturas: Et ascendit in caelum, sedet ad dexteram Patris: Et iterum venturus est

rus est cum gloria iudicare viuos, & mortuos, cuius regni non erit finis: Et in Spiritum sanctum Dominum, & Viuificantem, qui ex Patre, Filioq; procedit: qui cū Patre, & Filio simul adoratur, & conglorificatur, qui locutus est per Prophetas: Et vnā sanctam, Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor vnum Baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum: Et vitam venturi seculi, Amen? Respondit vnusquisq; Ita credo, & profiteor.

Firmissimè admittitis, & amplectimini
 ni Apostolicas, & Ecclesiasticas tradi-
 tiones, reliquasq; eiusdem Ecclesie ob-
 seruationes, & constitutiones? Respon-
 dit vnusquisq; Firmissimè admitto & am-
 plector.

Conc. Tri.
 sess. 4. de
 creto de
 Canonicis
 scriptis.


Interrogatio

FIDEI PROFESSIO

INTERROGAVIT

Archiepiscopus.

Consi. Tri
seß. 4. in
decreto de
editione
vsu sacr.
librorum.



Admittitis item sacrã Scri
pturam iuxta eum sensum
quem tenuit, & tenet san
cta Mater Ecclesia, cuius
est iudicare de vero sensu, & interpreta
tione sacrarum Scripturarum, nec eam
vnquam nisi iuxta vnanimem consensum
Patrum accipietis, & interpretabimini?
Respondit vnusquisq., Admitto, & sic acci
piam, & interpretabor.

INTERROGAVIT

ARCHIEPISCOPVS.

Profitemini



Profitemini quoque septem conc. Tri^a
 esse verè, & propriè sacra sess. 7. de
 menta nouæ legis à Iesu sacramen.
 Christo, Domino nostro, can. 1. &
 instituta, atque ad salutem sequenti-
bus.

humani generis, licet non omnia singulis,
 necessaria, scilicet Baptismum, Confirma-
 tionem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Ex-
 tremam Vnctionem, Ordinem, & Matri-
 monium, illa quæ gratiam conferre, & ex
 his Baptismum, Confirmationem, & Or-
 dinem sine sacrilegio reiterari non posse?
 Respondit vnusquisque, Profiteor.

¶ Recipitis & admittitis receptos quoque conc. Tri^a
 & approbatos Ecclesiæ Catholicæ ritus, sess. 7. ca³
 in suprâ dictorum omnium Sacramento- non. 13.
 rum solenni administratione? Respondit
 vnusquisque, Recipio, & admitto.

¶ Amplectimini

FIDEI PROFESSIO

sess. 5. in decreto de pec. origi. & sess. 6. in decreto de iustifi. impii. ¶ Amplectimini, et recipitis omnia, & singula, quæ de peccato originali, & de iustificatione in sacrosancta Tridentina Synodo definita, & declarata fuerunt? Respondit unusquisq;, Amplector, & recipio.

Conci. Tri. sess. 22. c. 2 & sess. 13. c. 1. & sequentibus. ¶ Proferimini pariter in Missa offerri Deo verum, proprium, & propitiatorium sacrificium pro viuis & defunctis, atq; in sanctissimo Eucharistia sacramento esse verè, realiter, & substantialiter corpus et sanguinem vnà cum anima, & diuinitate Domini nostri, IESU Christi, fieriq; conuersionem, totius substantiæ panis in corpus, & totius substantiæ vini in sanguinè, quã conuersionè Catholica Ecclesia Transubstantiationè appellat? Respondit unusquisq;, Profiteor.

Eccl. Trid. sess. 13. c. 3. & can. 30. ¶ Fatemini etiam sub altera tantùm specie totum atq; integrum Christum, verumq; Sacramè

Sacramentū sumi? Respondit unusquisq;
Fateor.

¶ Constanter tenetis Purgatorium esse, Animasq; ibi detentas fidelium suffragijs iuuari: Similiter & Sanctos vnā cum Christo regnantes, venerandos, atq; inuocandos esse, eosq; orationes Deo pro nobis offerre, atq; eorum reliquias esse venerandas?

Conc. Trī.
sess. 25. in
decreto de
Purgator.

Conc. Trī.
sess. 25. in
decreto de
inuoca. ve
ner. &c.

Respondit unusquisq;, Constanter teneo.

¶ Firmissimè asseritis imagines Christi, atq; Deiparæ semper virginis, necnon aliorum Sanctorum habendas & retinendas esse, atq; eis debitum honorem atq; venerationē impertiendam? Respondit unusquisq;, Firmissimè assero.

Conc. Trī.
vbi su-
pra.

¶ Affirmatis Indulgentiarū etiam potestāte à Christo in Ecclesia relicta fuisse, illarūq; vsum Christiano populo maximè salutare esse? Respondit unusquisq;, Affirmo.

Conc. Trī.
sess. 25. in
decreto de
indulgen-
tiis.

B

¶ Agnoscat

FIDEI PROFESSIO

Conc. Tri.
Sess. 25. in
decreto de
delectu ci
horum. &
Sess. 22.
c. 8.

¶ Agnoscitis sanctam Catholicam et Apo-
stolicam Romanam Ecclesiam omnium
ecclesiarum matrem & magistram? Respon-
dit unusquisq; Agnosco.

Conc. Tri.
Sess. 25.
c. 2.

¶ Romanoq; Pontifici beati Petri Aposto-
lorum principis successori, ac IESU Chri-
sti Vicario veram obedientiam spondetis,
ac iuratis? Respondit unusquisq;, Spon-
deo, ac iuro.

Conc. Tri.
vbi supra.

¶ Indubitanter recipitis, atq; profitemini
cetera item omnia à sacris Canonibus, &
œcumenicis Concilijs, ac præcipuè à sacro
sancta Tridentina Synodo tradita, de-
finita, & declarata? Respondit unus-
quisq;, Indubitanter recipio, atq; profi-
teor.

Conc. Tri.
vbi supra.

¶ Simulq; contraria omnia, atq; hæreses
quascunq; ab Ecclesia damnatas, & re-
iectas,

iectas, & anathematizatas pariter da-
mnatis, reycitis, & anathematizatis?

Respondit vnusquisq, Damno, reycio, et
anathematizo.

¶ Catholicam Fidem, extra quam ne-
mo saluus esse potest, quam in presenti
sponte profitemini, & veraciter tenetis,
eandem integram & inuiolatam, vsq, ad
extremum vite spiritum constantissimè
(Deo adiuuante) retinere, & confiteri,
atque à vestris subditis, vel illis, quo-
rum cura ad vos in munere vestro spe-
ctabit, teneri, & doceri, & prædi-
cari, quantum in vobis erit, curatu-
ros, spondetis, vouetis, iuratis? Respon-
dit vnusquisq, Ego idem N. spondeo,
voueo, ac iuro: sic me Deus adiuuet, et
hæc Sancta Dei Euangelia.


B 2

Quædam

SYNODI OLYSSI.

Quædam sacrosanctorum Conciliorum
capita initio Synodi recitata:

Cap. I.




Pertâ Synodo, nihil prius
visum est faciendū, quā vt
decreta, quæ in sacris Pro-
uincialibus Concilijs olim
pronunciari iussa fuerāt, ea publicè ac solē-
niter recitarētur: quædam potissimū sacro
sanctæ Synodi generalis Tridētinae, quæ di-
uino quidē lumine illustrata, sacra Cōcilia
Prouincialia celebrari denuo præcepit, quæ
admodū prioribus nascentis Ecclesiæ Chri-
stianæ seculis solita erāt recitari: Tridenti-
næ, inquā, Synodi cap. 2. de Reformatione,
Sess. 24. quod incipit, Prouincialia: Et
cap. 1. Sess. 6. cuius initiū est, Eadem sacro
sancta: deniq; cap. 1. de reformatiōe, sess. 23:
quod incipit, Cūm præcepto diuino.

Sess. 23.
cap. 1. ad fi-
nem.

De Sa

De Sacerdotibus, qui sanctissimum Christi
Corpus comitaturi sunt, cum ad
ægros deducetur.

Cap. 2.

 Vpiens sacra Synodus sanctissi-
mo Corporis Christi sacramen-
to debitam exhiberi reueren-
tiam, sancit vt quoties à templo Maximo,
alijsve Cathedralibus ecclesijs ad ægros
erit deferendum, duo Sacerdotes de Capi-
tulo cum superpellicijs ad Sacerdotis Chri-
sti Corpus deportantis, adiutorium se se co-
mites adiungant: qui tum eundo, tum red-
eundo Sacerdotem comitabuntur, donec
ecclesiam, vnde exijt, tandem ingrediatur.
Si autem prædictis ecclesijs ita copiosus Ca-
pellanorum suppetat numerus, vt necessa-
rij peragendis officijs in Choro remanere
possint, de illis itidem duo eodem modo

*v. c. sane
se celebr.
miss.*

SYNODI OLYS!

Christi Corpus tandiu comitari debebunt,
quoad ecclesiam ingredietur.

Vbi verò consuetudo laudabilior habet,
vt Capitulares, vel Clerici plures duobus
sacrum Christi Corpus comitentur, ea
sanè teneatur. nec enim decreto hoc tam
sanctæ consuetudini aliquid volumus de-
rogare.

Idem prorsus ab ecclesiarum Collegiata-
rum Capitularibus, vel Beneficiatis per
omnia seruabitur: quibuscunq; titulis seu
nominibus nuncupentur.

In ecclesijs Portionistarum, seu mino-
rum Beneficiatorum saltem vnus ex eo-
rum numero Sacerdotem Corpus Chri-
sti deferentem semper comitabitur, &
vnà cum eo in ecclesiam redibit.

Siquid temporis autem dicti Capitulares,
Capellani, Beneficiati, & Portionistæ
in illo

in illo occupati comitatu posuerint, perinde
inde quasi praesentes adfuerint, Cho-
roq; astiterint, ab omni prorsus poena,
multatave immunes existimentur.

Alijs in ecclesijs, vbi, excepto Priore,
Vicario perpetuo, temporaliq; Curato,
versantur alij Sacerdotes, etiam non
Beneficiati, praedictis autem ecclesijs ad-
scripti, eorum vnus, quemadmodum su-
perius dictum est, sacro comitatu, atq;
adeo Angelico officio interesse tenebitur:
praclarumq; id munus, nisi legitima fue-
rit causa impeditus, diligenter explere,
atq; absolvere.

De sacellis apud pagos, qui procul a paro-
chiali ecclesia distant, erigendis: ad
sanctissimam Eucharistiam
aegrotis ministrandam.

Cap. 3.

SYNODI OLYSSI.

NE parochiani, qui in agris vitam agunt ab ecclesijs seiuncti, absq̄ sanctissimi Christi Corporis viatico vnquā decedant: nève Parochi in angustijs, & parum ornatis illorum domibus Rem diuinam facere cogantur, Archiepiscopus de consilio et assensu Episcoporum sancit, vt intra pagos, aut certè in proximo, vbi agricolæ quum minimum quindecim simul habitauerint, Prouinciæ Ordinarij per se, vel per suos Visitatores erigi faciant, reparari, & conseruari, parochianorum scilicet expensis, sacella seu oratoria iustæ, conuenientisq̄ magnitudinis, vbi & sacrum Missæ fieri, & Corpus Domini in didem qua decet veneratione ad ægrotos possit à Parochis deportari.

Siqua tamen reperta fuerint oratoria vel eremotoria à pagis procul disiuncta, eosq̄
 attingentia,

attingentia, ea cum suis inuocationibus,
 seu denominationibus, cū iuribus, pertinen-
 tijs, & quibusuis oneribus adiunctis, in
 eum locū, vbi alia, vt est suprā dictū, essent
 erigenda, quam primū transferantur: atq;
 ibi pro Ordinarij, ad quem loci illius cura
 pertinebit, arbitrio rursum ædificentur:
 Tridentini tamen Concilij, in quo de eccle-
 sijs vetustate collapsis, earumq;, instaura-
 tione agitur, ac præcipitur, forma egregiè
 seruata. Huiuscemodi autem sacella, &
 eremitoria siue erigendi, siue instaurandi
 facultas gratis concedatur, fiatq; gratis.

Sess. 21.
 cap. 7.

De celebratione Missarum.

Cap. 4.



Ustissimis de causis olim Patres
 sanxerunt, vt Sacerdoti, præ-
 sertim dominicis diebus, festisq;
 solennibus,

solennibus, viuificam Hostiam oblaturo, ministri alij, utpote Diaconus, & Subdiaconus, Acolyti, Thuribulariusq; assisterent, interimq; à sacra ara nullo modo recederent. Cùm id autem vel ob incuriam Antistitum, vel potius ministrorum ignorantiam nonnullis locis minimè seruetur, sacra Synodus decernit, ut posthac pristina illa, præclaraq; consuetudo vigeat, & in suo robore omnino permaneat: prædictiq; ministri se ab altari ne subducant, nec minimũ temporis interuallum absint: sed in tanti mysterij celebratione suas quisq; partes sedulò agat. Ad Episcopum nihilo minus, ut in more est positũ, accedent, quò præuiam cum ipso confessionem dicant, Kyrie eleison, Gloria, Credo, Sanctus, Agnus Dei recitent: atq; alia huius generis necessaria peragant.

Quod

Quod attinet ad serenissimum Dominum ac Regem nostrum, illosq; qui intra cortinam cum ipso continentur, pristina huius regni consuetudo teneatur. Licebit etiam pacis osculum Regulis, Dynastis seu Magnatibus præbere, solitoq; thuris honore eos afficere: pontificalis tamen Missalis Romani ordinarij regulis rite seruatis: contrarijs quibuslibet prauis consuetudinibus, vel potius corruptelis penitus remotis, & non obstantibus.

Ordinarium seu regimen, quod à felicitis recordationis Pontifice Max. Pio 5. de celebratione Missarum nuper editum est, inuiolatè seruetur. Sacrum igitur Missæ facturi Sacerdotes eorúmque administri obseruent & caueant ne sacras vestes, nisi locis in eodem Regimine designatis, induantur.

Nam

SYNODI OLYSSI.

Nam in parentum, vel amicorum ædes sacra ornamenta comportari, & inde cum pompa ad templum venire (quod quidem parum religiose fieri nonnullis locis consuevit, cum ab aliquo Sacerdote primum Missæ sacrificium Deo offerendum est) prorsus aboleatur. Quia tamen piorum hominum mentes publicis supplicationibus non mediocriter solent ad spiritalem lætitiã excitari, fas erit sacras vestes in templa, sacella, oratoria publica vel eremitoria deferri, quoties ob eam ipsam causam opus fuerit, unde noui Sacerdotes, alijsq; ministri illis induti, cum populo, ordinata pompa ad templum, ubi diuinis rebus opera danda est, rectã pergant.

Quòd si nullus circa priuatas ædes locus existat cultui diuino sacer, tunc in sacristijs ecclesiarum, ubi Res diuina facienda

erit,

erit, Sacerdotes sacris vestibus adornati
 vel intra, vel extra. prope tamen, ecclesiam
 cum pompa procedent, continuoq; ad sacri-
 ficium sanctissimæ Hostiæ peragendum
 reuertentur.

De examine Confessariorum, qui consci-
 entia casus audierunt.

Cap. 5.

Confessarij non illi quidem Theolo-
 giæ, aut Canonici iuris periti, sed
 conscientia (vt aiunt) casibus instructi, ad
 subeundū examen quoq; biennio veniant,
 vt sacras confessiones audiendi facultatem
 à suis Ordinarijs obtineant in forma con-
 cedendam. Quocirca si biennio exacto id
 minimè præstiterint, denuoq; obtinuerint
 facultatem, eo ipso abrogata censeatur.
Verūtamen ab Episcopo semel approbati,
tandis

SYNODI OLYSSI.

tandiu deinceps aliorum sacerdotum confessiones poterunt excipere, quoad ipsorum Ordinarius aliud decernet.

De Confessarijs, quibus stipendium pro confessionibus interdicitur.

Cap. 6.

Sacra Synodus (attenta & considerata rei indignitate) in virtute sanctæ obedientiæ, sub pœna excommunicationis, personæq; in publico ecclesiastico carcere comprehensionis, & alterius cuiuscunq; animadversionis ac pœnæ arbitrio Episcopi imponendæ, nec aliunde quàm è vinculis persoluendæ, præcipit omnibus et singulis provinciæ Sacerdotibus, vt neq; in ecclesijs, neq; locis alijs, vbi sacras audiunt confessiones, nihil omnino à sibi confessis exigant, nihil etiam gratis oblatum accipiant, sub quocunq; nomine, titulo,

titulo, aut fictione simulationeue gratis oblati muneris offeratur.

Idem quoq; præcipit diligenter, sancteque seruandum dictis locis & temporibus in virtute sanctæ obediæ pœnitentibus vniuersis, vt eodem modo caueant ne vllum omnino munus, cuiuscunq; sit generis, donent, offerant uel Sacerdotibus ob confessionis ministerium, quocunq; id nomine, aut prætextu etiam gratis, sponteue oblati impendatur.

Optans eadem sacra Synodus decretum hoc tam diligenter ab omnibus, sancteque seruari, vt ne minimum quidem eludatur, casum istum in eius transgressores statutum prouincie Ordinarijs, in suos cuiq; subditos, vsq; adeo vult esse reseruatum, vt nemo quisquam possit, nisi speciali eorum commissione, huius criminis reos absolueret.

Confessarijs

SYNODI OLYSSI.

Confessarijs autem carentibus beneficio,
 cui munus confessiones audiendi coniun-
 ctum sit, cum ipsis ex Episcoporum appro-
 batione & facultate, id munus obeundum
 erit, aliunde merces ad vitam sustentan-
 dam subministrabitur, vel ex integris huic
 confessionum muneri assignatis ecclesiarum
 fructibus, apud quas illi confessionibus au-
 diendis vacabunt: aut de communi stipe seu
 collecta populi fidelis, qui eam contribuere
 tenetur: vel ex Visitationum mulctis &
 pœnis: aut certè de redditibus Episcopi,
 cum ratione alia ex rebus nunc designatis
 non poterit de congrua ad sustentationem
 proportione Confessarijs prouideri.

Ut autem nullus eorum, quos decretum hu-
 iusmodi contingit, quòd ipsum ignorauerit,
 ullam possit excusationem prætendere,
Statuit sacra Synodus ut in prouincia pa-
rochys

rochys vniuersis ipsum hoc decretum atq̃
 præceptum quater per annos singulos fre
 quente populo publicetur. Ad hæc, Visita
 tores dum diocêsim, visitando quotannis,
 lustrant, de hoc decreto violato quærant
 diligentius. Deinde si quos eius violato
 res (quod vtinam ne eueniat) fortasse
 compererint, in eos, pro culpæ magnitudi
 ne, seuerè animaduertant.

De Canonicis, & Beneficiatis, muneri con
 fessionum sua sponte vacanti
 bus. Cap. 7.



Quoniam magni refert, in Eccle
 sia suppetere Confessarios & au
 thoritatis & fidei ornamentis ex
 cultos, statuit sacra Synodus, vt quicumq̃
 de Beneficiatis, Canonicis, ceterisq̃ Digni
 tatibus pietate & doctrina præditis, in
 C Metropoli

Metropolitana, aut quavis alia Cathedrali, seu Collegiata huius provincie ecclesia, in qua nimirum ipsi versari soleant, & charitate & pietate adducti, ex auctoritate Episcopi et approbatione sacras confessiones audierint, quandiu isti maxime salutari, pie, atq; utilissime cura vacant, tandiu in eorū numero, qui presentes adsunt, Choroq; assistunt, habeantur merito: quotidianasq; distributiones, & anniversaria nanciscantur.

De ijs, qui sacris initiantur ordinibus.

Cap. 8.

NE præclara rerum honestissimarum initia, temporum iniuria, obsolescant, utq; Tridentini Concilij decretum, quo iubentur qui ordinan-

Weß. 23.

8. 16.

di

di erunt ; certis , ac definitis ecclesijs adscribi ; integrè seruetur (cuius initium est , Cum nullus debeat ordinari) sancit sacra Synodus , vt in literis , quæ Chartæ ordinum vocantur , non solùm declaretur quas in ecclesias qui ordinati sunt , adscripti fuerint , quò sua quisq; munia in illis obirent , verum etiam annotetur quemnam ad titulum sacris sint initiati ordinibus : vtrum videlicet beneficij (cuius conditio seu qualitas in literis Ordinum necessario etiam exprimitur) an verò patrimonij , an solius literaturæ (si cum illis forsitan in hoc fuerit dispensatum) an deniq; pensionis.

DEcernit itidem Synodus , vt apud singulas parochiales ecclesias tabella quædam præpalam

SYNODI OLYSSI.

Pròpalam extet, ubi nomina ordinatorum
 omnium, qui eisdem ecclesijs adscripti, ea-
 rumq; ministerio destinati fuerint, conscri-
 pta liquidò cernantur. Si autem vni eccle-
 siæ adscripti, ad alteram parochialis exer-
 cendæ curationis gratia, aut propter œco-
 nomiam in aliquo obtentam beneficio trans-
 ire velint, in illius curationis aut œcono-
 miæ literis itidem declarabitur, quam in
 parochiam is primum fuerit adscriptus.
 Singulis etiam adscriptis, si fortè (quod
 absit) à suis Ecclesijs abfuerint, notifice-
 tur, suiq; officij colendi excitetur memoria,
 nempe ut in illis adsint, suos ordines exer-
 cendo, & muneribus ad suum cuiusq; gra-
 dum spectantibus fungendo.

Provincia quoq; Ordinarij, aut eorū Pro-
 visores libellum quendā habebunt, in
 quo tum y, qui minoribus, tum etiam qui
sacris

sacris ordinibus decorati sunt, omnes con-
scribantur: cogentq; eos, ijs demum ecclesijs,
in quas adscripti sunt, opportunè deserui-
re: & suos queng; ordines saltem domini-
cis et festis diebus, cum superpellicijs, exer-
cere.

Quicumq; autem eorū promoueri ad al-
tiores ordines voluerint, testimonia-
les literas offerēt, quibus planū fiat, eos su-
is ecclesijs sedulò ac fideliter esse famula-
tos: quæ literæ Parochorum quoq; manu
signatæ & clausæ auctoritatem ac fidem
habebunt. Illis itaq; exhibitis & com-
probatis (si nullum deinde impedimentum
obijciatur) tum deniq; facultatem, qua ad
sublimiores prouehantur ordines, poterunt
obtinere.

Conc. Tril.
Sess. 23.
c. 5. & 6.
7. & 13.
& 14.

De desponsatis.

Cap. 9.

C 3

Comper.

COMPERTUM est com-
 plures animarum salutis, &
 sponsaliorum antea contracto-
 rum negligentes, prima adhuc superstitie
 sponsa, primis necdū solutis neq; remissis,
 temere ad secunda, & plura etiam sese
 conferre. Quamobrem sponsis omnibus in
 virtute sanctæ obedientiæ, & sub excom-
 municationis ipso facto incurrendæ, ac
 quinq; aureorum pœna, præcipit sacra Sy-
 nodus, vt utroq; viuentē, & primis
 vtriusq; sponsalibus adhuc permanenti-
 bus, nulla nec solutione facta, nec re-
 missione, neuter eorum audeat ad secun-
 da transire. Quòd si ad hanc inobedientiam
 cohabitatio, mutuave corporū cōmisiō ac-
 cesserit, ecclesiasticæ iustitiæ Promotoris
 erit aduersus illum, à quo sic delictum con-
 stabit, libellum formare, causamq; pro-
 positam

positam iudicio persequi : delinquens
verò vinculis, vel exilio, pro tanti sceleris
magnitudine, erit puniendus.

P Recipit item Synodus in virtute
sanctæ obedientiæ, & sub excom-
municatione ipso facto incurrenda, &
quinq; aureorum pœna, ne sponsi ante
matrimonium legitimè contractum pa-
riter commisceantur : quam pecuniæ
summam ij omnes, qui hoc perfrege-
rint decretum, dissolvent. Ad hæc, spon-
sorum parentes summa ope nitantur, ne
eos domi suæ cohabitare sinant : alioquæ
pœnæ duplicati nostratis aurei cum di-
midiato singuli subiacebunt.

**De sponsaliorum præsentia Sacer-
dotibus euitanda.**

Cap. 10.

Vsu venit ut nonnulli inter se mutuò sponsalia celebrantes verba de matrimonio contrahendo coram Sacerdote proferant, qui sæpe eos ad præstandam huiusmodi sponsaliorum fidem iureiurando astringit: ex quo fit, ut antequàm matrimonium planè contrahatur, temere se se carnaliter coniungant, existimantes, seu potiùs existimare se fingentes, ob Sacerdotis, qui sponsalibus interfuit, præsentiam, matrimonium necessariò contractum iri. Quare sacra Synodus sancit ut nemo posthac Sacerdos, sub quinque nostratiù aureorum è carcere ecclesiastico soluendorum pœna, ullis intersit sponsalibus.

De ijs, qui matrimonio coniuncti, id ante denuntiationes consummant.

Cap. II.

Et si

ET si Parochis (existente suspicione probabili malitiose impediri posse matrimonium, si in ecclesijs aperta fiant denuntiationes) ex Concilij Tridentini decreto, duobus tribusve testibus adhibitis, licet nonnunquam virum et mulierem coniugio sociare: tamen quia impuris suis voluptatibus astricti, denuntiationibus nec dum absolutis, et cohabitare, & matrimonium consummare non dubitant (vnde si qua emergant postea quæ matrimonium dirimunt, impedimenta, fœminis inuritur grauiſſima nota domesticæ turpitudinis, aliaq; non minima consequuntur incōmoda) Precipit sacra Synodus ijs, qui ita matrimonio coniunguntur, in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub pœna excōmunicationis, duorumq; aureorum cum dimidiato, pijs operibus applicandorum, vt à cohabitatione prorsus,

Seß. 24.
de Rejoro.
c. 1.

SYNODI OLYSSI.

prorsus, & supra dicti matrimonij usu se
 tandiu abstineant, quoad in Ecclesia, lo-
 cis temporibusq̄ consuetis requisitæ denun-
 tiationes concludantur. Ne autem solēnes
 dictæ denunciations diutius, quàm par
 est, prorogentur, præcipit sacra Synodus
 Prioribus, & quibusuis prouincie Cura-
 tis, vt post matrimonium prædicto modo
 celebratum, statim tribus dominicis, aut
 festis diebus illud proximè consequētibus,
 denunciations, vt mos est, coram populo,
 etiam à nemine requisiti, conficiant. Si
 denuntiandi autem è diuersis parochijs ex-
 titerint, Sacerdos seu Curatus, qui eos
 coniuges fecit, Curato alterius parochiæ
 contractum iam esse matrimonium indi-
 cabit Id postquam Parochus, alter ille, fa-
 cta sibi eiusmodi notificatione, rescieue-
 rit, confestim tribus dominicis, aut festis
diebus

diebus proximè sequentibus, modò dictas denuntiationes sua in Ecclesia perficiendas curabit: nisi Episcopus, iuxta Tridentini Concilij formam, aliter faciendum iudicauerit.

De diligentia ante denuntiationes à Sacerdotibus adhibenda.

Cap. 12.

VT perniciose improborum hominũ fraudes & offensæ cohibeantur, cõpluriumq; origo vitiorum comprimatur, sacra Synodus statuit vt Priores, atq; alij ad quos spectabit, antequàm in ecclesijs ordinarijs aggreantur denuntiationes contra here volentium, tum ipsos illos qui erunt denuntiandi, tum eorum patres, matresq;, propria item loca, vnde sint oriundi, penitus pernoscant: inquirantq; diligenter, placeat ne proprijs illorum parentibus coniugium

SYNODI OLYSSI.

coniugium inter suos liberos ineundum,
an non: vt omnibus planè perſpectis, legi-
timè perficiantur matrimonia.

ET quò omnis simulatio et diſſimulatio,
criminaq̃, quæ ex iſtorum hominum vi-
tiosa celebrandi matrimony ratione eueni-
unt, funditus tollantur, præſentiq̃, reme-
dio eorum temeritati & maleficijs occorra-
tur, eadem ſacra Synodus decernit, vt in
locis prouinciæ vniuerſis, qui voluerint in
matrimonium collocari, priùs in facie
Eccleſiæ ſe ipſos denuntiarī faciant, non
ſolùm in omnibus eius loci, in quo per id
tempus fuerint, parochijs, verum etiam in
cunctis quæ in eo continentur loco, vbi na-
tos, vel vnde ſeſe oriundos eſſe compertum
habeant.

CVm autē in hac Metropolitana ciuitate
te propter parochiarum copiam, vix id
ſeruari

seruari posse videatur, censet sacra Synodus in vitam hanc rationem diligentissimè fore seruandam.

Quicumq; in matrimonium collocari volēt, per tres seu festos, seu dominicos dies, in sua parochia, audiētē populo, ternas denuntiationes Ecclesie ritū celebrandas curabunt. Ad hæc, per cæteras Urbis parochias requisitæ denuntiationes ita fient: Omnes, quæcunq; in Vrbe continentur, parochie numero comprehensæ, primum tripartitò diuidantur: deinde primo die, quo denuntiationes in propria ecclesia haberi incipiunt, eadem quoq; in singulis habeantur ecclesijs vnius partis, quæ ob denuntiationes eiusmodi celebrandas, seorsum assumpta est. Atq; ita deinceps in reliquis continuandis denuntiationibus erit procedendum: vt videlicet in secunda parte parochiarum

parochiarum Ciuitatis, itemq; in tertia,
ijsdem ferme diebus ille fiant, quibus in
propria erunt faciendæ.

IItaq; vno, & eodem die quas denuntia-
tiones & in propria & in cæteris paro-
chijs fieri curabunt, concludi, terminariq;
poterunt. Quòd si infra vnum duntaxat
diem per vniuersas Urbis parochias com-
modè facileq; consummari queant, id sanè,
ex Episcopi decreto, fieri licebit.

Postremò, qui in alijs à sua parochijs ita
denuntiati exstiterint, y demũ de huius
cemodi denuntiationibus, vbi oportuit, rite
peractis, Rectorem suum chirographo, li-
terisve illorum manu signatis, qui ipsos ad
populum denuntiauerint, certiolem face-
re teneantur.

**De obseruando Motu proprio, Super
clausura, statuq; Monialium.**

Cupiens

CVpiens sacra Synodus quãsdam Apo-
stolicas literas ex Motu proprio Pij
5. summi Pontificis, De numero, victu, et
clausura Sanctimonialium in monasterijs
conseruanda, inuiolatè seruari, hortatur
omnes prouinciæ Ordinarios, vt, iuxta Mo-
tus proprij formam à Sanctimonialium
Præfectis seruandam, ipsi de monasterio-
rum numero, de vectigalibus, de Professis
atq; Nouitijs Monialibus, de Conuersis tã
professis quàm non professis, de ministris
item qui tum intra, tum extra claustrum
commorantur, de priuatorum officiorum
præfectis, de summa reddituum & expen-
sarũ in annos singulos, de numero deniq; Sã
Elimonilaiũ, quæ cõmodè ac decèter in quo-
libet cœnobio proprijs vectigalibus ad victũ
et cultũ, oēsq; necessarios vsus suppetētibus,
ali sustētariq; possint, diligēter cognoscāt.

Quæ

Quæ ubi perspecta & explorata habuerint Ordinarij, unâ cum regularibus earundem Sanctimonialium Superioribus, apud suam quisq; diocêsîm præfiniant certum numerum Sanctimonialium, quæ sibi in præsens, atq; in posterum ali, conserva-
riq; posse videbuntur: neq; verò ultra numerum præscriptum vlla amplius in id cœnobium cooptetur.

Porrò autem in authenticis, vel aliàs fidem faciētib; scriptis per Abbatissas seu Priorissas, factores, gestores, procuratoresq; cœnobiolorum, ipsimet sub iureiurando de singulorum redditibus & facultatibus, vt modò dictum est, itidem cognoscant. In ijs autem scriptis item sub iureiurando prædicti omnes expressè ac speciatiim indicabunt si quæ famulæ, famuli ve monasterio supersint officijs non necessarijs

cessarijs occupationibusq; distenti. Istis itaq; exclusis, necessarij duntaxat ad munera domestica obeunda relinquuntur.


Postremò, iuxta formam literarum, de quibus est mentio facta superius, fores omnes, quà vel ab ecclesia ad monasterium, vel ab hoc ad ecclesiam patet aditus, pariter eve potest, præcipiant studiose muro concludi: dentq; operam vt unicuiq; sacram Virginum monasterio sit persona aliqua, extra cœnobium degens, integra quidem fama, & probata fide, cui tum aperiendi, tum claudendi suo tempore templi ianuam, aliaq; eiusdem cœnobij loca componendi cura demandabitur: sicut in Motu proprio domini nostri Papæ, accuratè seruando, continetur.

De residentia Priorum, & aliorum
Curatorum.

Cap. 14.

D

Ob



B necessariam eorum, qui curam
habent animarum, in suis eccle-
sijs presentiam, Priores, Vicarij
perpetui, eorumq; Coadiutores, sicuti de-
bent, perpetuò resideant: nec ratione vlla
absentiam longioris temporis, quàm quod
ab œcumenico Tridentino Concilio, suisve
Ordinarijs Constitutionibus præfinitur et
conceditur, absq; Episcopi consensu, sibi-
metipsis assumant.

Sess. 23.
de Refor.
cap. 1.

ET quò magis ipsorū vigeat residentia,
continuaq; perseueret. Statuit sacra Sy-
nodus, vt in Collegiatis ac Beneficiatis pro-
uincia ecclesijs, qui punctū in Choro seu co-
nus iniūctū habēt multādi eos, qui nō inter-
sunt, ij sedulò in libris punctorū vel alijs ad
eum vsum destinatis, omnes ac singulos di-
es describant, quos prædicti animarum cu-
ram gerentes à suis parochijs abfuerint.


Si

Si verò Beneficiatis ecclesia caruerit;
 & tamen Sacerdotes alios beneficio cu-
 rantes habeat, eorum vnus ex Episcopi,
 vel Visitatoris iussu, eo munere fungetur.
 Vbi autem solus erit Curatus, Prior, Vi-
 carius perpetuus, seu quouis alio nomine
 nuncupatus, eius absentiam vicinior Cura-
 tus, cui id negotij ab Episcopo datum erit,
 magna cum cura atq; diligentia scribet,
 vniuersis, quos abfuerit, diebus expres-
 sis. Itaq; eiusmodi punctatores Visitatori-
 bus rationem punctorum quotannis red-
 dent: vt illi, computo facto, constare possit,
 quandiu Parochorum quisq; ecclesie suae
 defuerit. Ad extremum, de mulctis, vel
 punctis, vel deperdita fructuum parte non
 residentium, punctatoribus ipsis (spectata
 cura, & labore, quem in eo munere susce-
 perunt) aliquid impertietur.

SYNODI OLYSI.

De facultate ijs neganda, qui se ad literarum studia cupiunt conferre, cum beneficia curata habeant.

Cap. 15.

 **Q**UONIAM intellectum est, in congregatione illustrissimorum dominorum Cardinalium, qui Romæ deputati sunt ad ea dubia explicanda, quæ circa Concilij Tridentini decreta excitarentur, de cõmuni eorum sententia, constitutum esse, Non fore concedendas licentias eundi, & permanendi in literarum studio extra suas ecclesias ijs, qui post eiusdem Concilij promulgationem curata beneficia obtinuerunt, nisi certis sub clausulis, ac conditionibus per dictos illustrissimos dominos declaratis: Archiepiscopus de Epis. oporum consilio & assensu decernit, ne huiusmodi licentiæ ab Ordinarijs concedantur,

dantur, quousq; de illis clausulis apponēdis pro certo habeant, formamq; inspiciant: Si quis autem eorū, qui, Tridentino Concilio iam promulgato, curata beneficia consecuti sunt, ad vllum gradum in insigni aliqua Academia capeffendum adeo propinquus sit, vt ipsius duntaxat gradus capeffendi, non quidem literaturæ acquirendæ gratia, videatur ab ecclesia sua abesse velle, Episcopus omnia rectè, vt par est, ponderando, huius tantūm rei causa, licentiam poterit, eamq; breui finiendam concedere.

De ijs, qui in examine repulsam tulerunt. Cap. 16.



Propterea quòd ij, qui ad beneficia aspirant, siue sese opponant ipsi, siue presententur, accepta

D 3

repulsa.

SYNODI OLYSI.

repulsa ad Metropolitanum sæpe appellatant, se ab examinadoribus reprobari iniquo ferentes animo, optat hæc Synodus, ut illustrissimus & reuerendissimus dominus Archiepiscopus eiusmodi appellatio num expeditioni ac determinationi, cum id commodè facere poterit, ipse intersit, ac præsit: si modò Episcopum quoq; ipsum vnà cum suis examinadoribus, vnde repulsi appellarunt, examini interfuisse & præfuisse constabit.

Quo pacto Paiores, & Vicarij, alijq; Sacerdotes in suis munijs obeudis selegere, atq; impartire debeant.

Cap. 17.

CV M nuper aliquot ecclesiarū Prioribus, perpetuisq; Vicarijs is demum Coadiutorum numerus, qui ad eorum laborem leuandum, Sacramentaq; parochia-

nis

nis exhibenda, diuinum deniq; cultum tra-
 standum, iuxta Tridentini Concilij for-
 mam, satis esse videretur, prudenter sanè sess. 21.
cap. 4.
 fuerit concessus: attamen quia peropportu-
 no hoc, salutariq; subsidio, illi ipsi, cū per-
 spicuo æternæ salutis discrimine, abutun-
 tur: totumq; administrandæ rei Christianæ
 munus à se penitus in cōmunis officij confor-
 tes reijciunt, simplicia scilicet beneficia sese
 habere falsò putantes: propterea sacra Sy-
 nodus tam exitioso incōmodo occurrere atq;
 obsistere percipiens, quæ sequuntur, dilige-
 ter ab illis sancte q; seruanda decernit.

Prouinciæ Episcopi eas diœcesium suarū
 parochias, quibus administrandis, ob
 earū magnitudinē, præter Priores, præcipu-
 osq; Curatos, alij Sacerdotes adiūcti, atq; ap-
 positi sunt, per se ipsos, aut Visitatores suos
 studeāt inter prædictos animarū Curatores

sic per partes distinguere atq; diuidere,
 partitisq; officij muneribus præcipuam
 & priuatam cuiq; partem præfinere, ita
 deniq; rem totã moderari, vt vtriq; ea, quæ
 suæ curationis erunt, quàm rectissimè a-
 gant, boniq; pastoris officio fungantur :
 oues demum sibi commissæ diuina Sacra-
 mentorum pabula, ac subsidia promptio-
 ra habeant & paratiora.

EA itaq; diuisione facta prædictorum
 quisq; eas oues, quæ in eiusmodi parti-
 tione sibi obtigerint, peculiarem pro viri-
 bus pascendi curam suscipiet. Prior ta-
 men, & Vicarius perpetuus præterquam
 quòd assignatam sibi partem in ijs omni-
 bus quæ erunt sui iuris, accuratè admini-
 strabit, præterea in totam se parochiam
 vsq; adeo intendet, & præsidebit, vt in qua-
 libet illius parte, si volet, parochianorum
 curam

curam gerere, & Sacramenta eis possit impertire.

Eodem iure poterit, si eius voluntas tulerit, sibi ipsi cuiuslibet Sacramentorum reseruare administrationem.

Siquem autem ex prædictis iusta occupatio, impedimentumq; præuenerit, ita ut eam, cui præfectus est, partem opportunè administrare non queat, vnusquisq; aliorum similiter non impeditus exhibere tenebitur Sacramenta illi parochiæ parti, cuius Præfectum & Curatorem impeditum esse constabit.

Qvacunq; in ecclesia sacræ Missæ pro populo generaliter, ex obligatione scripta; particulari, vel de iure communi, aut consuetudine celebrandæ sunt, eæ scilicet inter Priores & Coadiutores eorum, secundum earum numerum diuidentur: & quas

SYNODI OLYSSI.

quas vnusquisq; dicere tenebitur, eas diligenter atq; studiose diebus, locis, horisq; consuetis exoluat.

Quotiescunq; opus erit sacrosanctam Eucharistiam cuiuspiam in æde sacra ministrari, eam non quidem Coadiutor vllus, sed Prior, Vicariúsue perpetuus, si modò præsens erit, neq; iusta occupatione implicatus, ipse omnino ministrabit.

Visitatores autem singulis annis cognoscant, vtrum in ecclesijs visitationi suæ subiectis hæc inuiolatè seruentur. Quæ deinde horum aliquid neglexisse, aut scientem omisisse deprehenderit, ab eo, vel multando, vel quacunq; alia ratione optimum esse videbitur, pœnas expetent.

Priores, Vicarij perpetui, & inferiores Curati clauem sancti Sacrarj (quam clauim vnicam esse oportet) penes

custod. su.
e. su.

nes

nes sese habeant: eamq; vel impediti, vel etiam abesse coacti ijs tradent, qui Eucharistiam erunt administraturi. Ad eos item spectabit, necessitate exigente, opportunisq; temporibus renouare Sacramentum: eiusq; cellam seu sacrarium ab omni labe ac sordibus diligentissimè vindicare: deniq; Corporalia, quibus Domini nostri, IESU Christi corpus sanctissimū inuoluitur, tersa mundaq; curent identidem proponenda.

Priorum et Vicariorum ad vitam erit, inter Missarum solennia cohortationem, vulgò Stationem dicunt, in tempore et loco consuetis, lingua vernacula ad populum adhibere. Quod ipsum munus ipsi, etiam Coadiutoribus sacro Missæ vacanti-
tibus, arbitrata suo poterunt obire. Ean-
dem partiter exhortationem facient adhi-
biti Adiutores, quouis prædictorum diuinis
operam

operam dante mysterijs. Vbi autem beneficiata fuerint ecclesie, sacerdotesq; beneficiatos habentes, ad Priores, Parochosq; tantummodo pertinebit supra dictam ad Christianum populum erudiendum suscipere cohortationem, quouis alio Rem diuinam faciente. Sed ratio tamen iusti impedimenti semper habenda est.

Conc. Tri.
sess. 24.
c. 7.

A Pud eas prouincie Ecclesias, vbi aliqua de causa conciones diebus festis, dominicisq; haberi non possunt, proponantur populo nonnullae atq; extent, quae & perspicuitate niteant, & deuotionis ac pietatis plurimum contineant, Lusitano sermone editae Episcoporum arbitrio. Quas conciones Parochi per eosdem dies festos, supra dictae cohortationis tempore, locoq; parochianis suis legunto.

De do

De doctrina pueris impertienda.

Cap. 18.

PRIORES, & Rectores, &
 annui Curati teneras puerorū men-
 tes tandiu Christianæ doctrinæ lacte nu-
 triant, donec virtutis disciplina, bonis, &
 Christiano dignis moribus imbuantur, atq; Conc. Tri.
Sess. 24.
c. 4. de Re
form. ad
finem.
 informantur. Et quò facilius assequi id
 possint, omnibus diebus dominicis festisq; finem.
 vel alijs ad Episcoporum arbitrium con-
 stitutis, fidei rudimenta, Christianamq; do-
 ctrinam per vulgatis communibus libellis,
 vulgò Cartillas vocant, contentam, seu
 quâlibet aliam ab eisdem Ordinarijs iam
 designatam, vel postmodū fortè designan-
 dam, parochiales pueros assiduè edocebunt.
 Huiusce autem laboris temporalem fru-
 ctum non est quò expectent, si pro sus-
 tentatione sua numeratam centum nostra
 tium

tium aureorum portionem, aut certè eorū
 in fructibus æstimationem habeant, ultra
 oblationes eas, quæ vulgò Pes altaris no-
 minantur.. Sin autem eiusmodi summam
 100. videlicet aureorū ad vitam dictorū
 Sacerdotum sustentandam assignata por-
 tio non effecerit, Ordinarius de ipsis eccle-
 siarum fructibus, modò sint ampliores; di-
 gnam pro opera mercedem ijs decernendā,
 req; præstandam curabit.

De puerorum institutione, Seminariisque
 erigendis. Cap. 19.

Haudabilem & sanctam puero-
 rum educationem omnium votis
 expetendam Synodus sibi ante
 oculos proponens Tridentiniq; Concilij de-
 creto inherens, sancit vt Seminaria ad eorū
institutionem in ijs provinciae locis
extruere

Sess. 23.
 Cap. 18.


extruēda, vbi iam pridē instituta esse oportuit, nec dū tamen, propter nonnulla suborta impedimenta, sunt extruēta, ea intra annū ab huius Synodi promulgatione instituantur. Neq; id solū in hac Metropolitana, verū etiam in reliquis prouinciæ Urbibus Cathedralibus præstandū cerset: atq; ijs in locis, quæ ecclesiarū ministerio videbuntur esse accommodatiora: sicut eiusdē Concilij Trident. decreto sancitum est.

Quod autem ad eorum attinet ætatem, qui in hæc Seminaria recipiēdi sunt, & item alia, quibus ipsi primū examiniandi erunt, hortatur Synodus omnes prouinciæ Ordinarios, vt hoc præclarum Concilij Trident. decretum sanctissimè obseruent: eosq; pueros admittant, qui quum minimum duodecim annos ætatis habeant, & ex legitimo matrimonio nati sint,

legere,

legere, & scribere competenter nouerint,
 & quorum indoles spem afferat eos eccle-
 siasticis ministerijs perpetuò in seruituros:
 optatq; ut ij sint, qui celerius ad ordines pro-
 moueri, & alios ministros in Ecclesie ob-
 sequio, cultuque adiuuare possint. Et quò
 bona hæc educatio atq; institutio pluribus
 communicetur & pateat, sacra Synodus,
 statuit, ut in Seminarium cooptatus non
 amplius cum plurimùm, quàm septem an-
 nos ibi permaneat, ut in Collegijs Acade-
 miarum fieri solet.

De concionibus habendis ad populum.
 Cap. 20.



M N I cura & diligentia
 Episcopi provideant, ut Syno-
 di Tridentine seruetur decre-
 tum De concionibus per parochias habendis

sess. 5. de
 Reform.
 cap 2. &
 sess. 24.
 s. 4.

dis

dis: qualitatis tamen parochianorum, qui in illis continentur, & reddituum, qui e singulis ecclesijs prouenire solent, habita ratione. Quibus consideratis fiet vt prudenter constituentur, quoniam tempore, quibus nam diebus, vtrum videlicet toto anno, an certis eius temporibus hasce conciones in tenuioribus ecclesijs haberi conueniat. Illud etiam ipsis curæ sit, quemadmodum idoneis concionatoribus iusta sui laboris merces constituatur, si quidem Priores, perpetuiq; Vicarij ad eiusmodi munus obeundum parum apti, aut legitimo detenti fuerint impedimento. Etenim si idonei habentur, ipsis concionandi munus omnino erit exequendum.

SI autem alicuius ecclesie fructus vniuersos is, qui in ea est Prior, non percipiat, Ordinary siue de fructibus eiusdem

E ecclesie

SYNODI OLYSSI.

ecclesiæ exuberantibus, siue de stipe vel collecta eorū, qui eiusmodi mercedem concionatoribus solent ex consuetudine præstare, id demum, quod ipsis æquum & iustum videbitur, ad concionatorum sustentationem constituent, & curent vt illis omnino conferatur.

De Beneficiatis concionatoribus.

Cap. 21.

CVM magni momenti sit Euangelij prædicatio, dupliciq; honore digni existimentur, qui laborant in verbo et doctrina, decernit sacra Synodus, vt quicumq; Beneficiati, ex Episcopi sui auctoritate, & arbitrio, in suis ecclesijs de diuinis rebus concionaturi erunt, dimidiato illo concionis die, tribusq; eam antecedentibus, non modò integros beneficiorum suo

rum

rum fructus, verum etiam quotidianas
 distributiones, & anniuersaria possint
 obtinere. Nihilominus tamen per id tri- *ant. 2.*
 duum, quod eis ad concionem præparan- *g. nas 2.*
 dam, conficiendam, ac memoriæ commen- *mag.*
 dandam liberum conceditur, in Missa,
 quam vocant, Tertiæ (vt moris est) sem-
 per intererunt.

De pœnitentijs, ecclesiasticorum præcepto-
 rum transgressori imponendis.

Cap. 22.

Priores, & alij ad quos pertinet,
 cum dominicis diebus inter san-
 ctissimum Missæ sacrificium, do-
 cent populum, & certos quosdam, destina-
 tosq; dies, quibus abstinendum, quibusve
 à seruili opere vacandum sit, indicunt:
 eumq; vel de ieiunio fracto, vel de fe-
 stis minimè celebratis verbo arguunt,

E 2

caueant,

caueant, ne quenquam publicè delicta sua fateri cogant, pecuniariamque multam petant, etiam sub specie fabricæ ecclesiasticæ: leni potius sermone ad diuina instituât, atq; erudiât, ad detestanda incitent ac deploranda peccata, eorumq; maculas Confessionis sacramento sæpius eluendas: atq; interim, numos aliquot, si velint, in capsulam ad eum vsum paratam, immittendos. Si quis autem (quod Deus prohibeat) publicè, & cum aliorum offensione deliquerit, publicè etiam in ecclesia eum coarguant, et pecuniariam multam continuo impositam iubeant vel palam, vel post paulò clam in arculam conicere. Transgressori tamen significant, debere eum Confessario delicta suo tempore, secreta confessione patefacere, atq; iniunctam ibi culpæ suæ pœnam libenti animo suscipere.

De ijs,

De ijs, qui propria loca in ecclesijs
vsurpant. Cap. 23.

VIA multi mortales in templis
vniuerso populo Christiano com-
munibus peculiaria sibi loca vsur-
pant, vbi vel reclinatorijs sellis ipsi sedeāt,
vel vxoribus & filiibus sedes quedam
elegantior, vulgò Stratum dicta statuatur,
ea sepe magnitudine, vt alicuius taberna-
culi speciem præ se ferat: nonnullis etiam
libet templi pauimentum alijs atq; alijs se-
dibus certo in loco sibi designatis ita impe-
dire, vt supplicationibus, que in eo fiunt,
vix iter pateat: ideo sacra Synodus sancit
vt nemo posthac sellas modò dictas, Stra-
tum siue clausum, siue apertum in templa
afferri iubeat: nève super maiorum suo-
rum sepulcra, seu aliàs, priuatum sibi locū
ad sedendum vendicet: sed contrà, qui à

principio quēuis locū occupauerit, is demū
 communi pro communi utatur: nisi ipse
 alteri nobiliori, aut familiari postea adue-
 nienti honoris gratia volēs concedat. Cui-
 us tamen liberum erit aut dignitatis, aut
 necessitatis causa, in templo sedilibus, sca-
 mnis, paruo strato, tapetibusq; uti, ea lege
 ut, sacrificijs peractis, domū reducantur, ne
 sacra et cōmunis domus occupata teneatur.

HÆc eadem in ecclesijs etiā Regulariū
 singuli prouinciæ Episcopi tanquā de-
 legati à Sede Apostolica, Tridentini vide-
 licet Concilij grauissimam auctoritatem se-
 cuti diligēter, sancteq; seruari præcipiant.

sess. 25.
 cap. 8. ad
 finem.

De Ecclesiasticis liberos domi alentibus.

Cap. 24.

VT Sacerdotum domus à periculo
 prohibeantur, & scandala, quoad
 fieri

fieri possit, extirpentur, ac funditus tollantur, sacra Synodus vniuersis & singulis huius prouinciæ Ecclesiasticis, cuiuscunq; sint cõditionis præcipit, ne posthac liberos, quos iam sacris initiati, vel ecclesiasticum aliquod beneficium adepti susceperint, domi apud se habeant, educentve: sed intra tres menses ab huius decreti in ecclesijs Cathedralibus promulgatione, liberos ad hãc vsq; diẽ eiusmodi susceptos domo sua excludãt: neq; eos iterũ, nisi Episcopo consulto, & iustis de causis permittente, domum suam recipiant. Qui autem huic decreto non paruerint, è carcere quinq; aureos soluent: & aliãs, pro sui Ordinarij arbitrio, punientur.

De foeminis, quæ se publicè verberant.

Cap. 25.

E 4

Quoniam

QUONIAM nonnullæ mulie-
 res sui sexus fragilitatis et hone-
 statis immemores, per plateas
 et vicos, atq; intra tēpla, sua terga verbe-
 rant, eaq; licet vultum cooperiant, vestesq;
 mutant, incessu tamen, & gestu cum mu-
 lieres esse deprehendantur, plurimis tum
 obloquendi, tum ruinae occasione præbent,
 & semetipsas multis periculis exponunt,
 sacra Synodus sancit, ne posthac in publi-
 cis supplicationibus, alioue loca vnà cum
 viris, ab eisve separata sese publicè fla-
 gellent. Eas tamen omnes in Domino hor-
 tatur vt domi suæ, vel alio secretiore loco
 cum prudentia, pudicitia, atq; honestate fœ-
 minis debita, & rursum absq; vlllo suo pe-
 riculo, sine offensione aliorū, sine occasio-
 ne ruinae, qua decet moderatione & mode-
 stia suum quæq; corpus affligant: arbitro,
 ac teste

ac teste solium Patre cœlesti, qui & videt
in abscondito, & copiosam eis mercedem
se redditurum esse pollicetur.

De ijs, qui pernoctare solent in templis.
Cap. 26.

UM homines, posthabita pie-
tate, templum Dei, comessatio-
nibus, vanis cantilenis, scurri-
libus impudicisq; verbis, atq; inhonestis
choreis profanum facere pergant, sancit
sacra Synodus, vt omnes prouinciæ Con-
stitutiones, quæ ob detestabile id scelus ex-
tinguendum iam pridem latæ sunt, inno-
uatae rursus sanctissimè seruentur. De
inde omnibus, & singulis prouinciæ Pri-
oribus, Curatis inferioribus, Aedituis, tam
maioribus quàm minoribus Thesaurarijs,
cæteris deniq; quibus cura est ædium sa-
crarum,

Conc. Tri.
Sess. 25.
in decreto
de innoca.
venera. ec
Reliq. Sa-
ctorum.

cura est ædium sacrarum, præcipit ne profana isthæc in templis, oratorijs, aut eorũ cœmeterijs vlllo modo fieri patiantur.

AT verò, quia longis experimentis cognitum est, hisce pœnis adduci homines nunquam potuisse, vt hac in re sibi temperarent, eadem Synodus Prioribus, atq; alijs quorum ad munus hoc spectat, di-
 strictè præcipit, vt singulis diebus ad eam circiter horam, qua signo generaliter dato, in sacratissimæ Virginis laudem Ange-
 lica salutatio recitari solet, ecclesie fores vel claudant ipsi, vel certè ab alijs claudendas curent diligenter: neq; eas aperiant nisi insequenti die sub id ferè tempus, quo signum itidem ad matutinum officium recitandum dari consuevit. Quæ quidem omnia quò integrè seruentur, præcipit sacra Synodus, in virtute sanctæ obedientiæ

obedientia tam feminis, quàm viris, ut hoc decretum obseruent, atq; in posterum ab ijs omnibus, quæ in eo damnantur, omnino sese abstineant: nec per vllum anni tempus in ecclesijs pernoctare, nève aliquid in eis turpe, lasciuum, aut vanum agere quisquam eorum audeat.

Hortatur etiam cunctos regulares Prælatos, ad quos ea res præcipuè pertinet, ut hæc eadem seruent ipsi, & in suis ecclesijs curent inuiolatè seruanda.

Patres verò, qui huic Synodo intersunt, huius nimirum Prouinciæ Ordinarij, in sua quisque diocèsi, pro data sibi à sacrosancta Tridentina Synodo, potestate, qua tanquam delegati Sedis Apostolicæ fungi possunt, ydem illis Regularibus edicant, ut hoc decreu semper

Sess. 25.
cap. 8. ad
finem.

tueantur

SYNODI OLYSSI.

Tueantur, sartum & tectum ab omni inco-
modo, integrumq; conseruent.

IN sacra tamen Natiuitatis Domini vi-
gilia, ac triduo hebdomadae sanctae, o-
mni cum religione & pietate seruabitur
consuetudo.

Ils autem omnibus, quorum est à vitio-
rum illecebris, malae consuetudinis cor-
ruptela, impendentibusq; periculis sacra lo-
ca tueri, quam diligentissimè prouidendū
est, vt foeminae, quae sepulcri custodiendi
gratia, vultu cooperto in templis versari au-
dent, illico facessere, forasq; exire com-
pellantur. Ea quippe licentia cunctis fo-
eminis in posterum praecisa, complura equi-
dem, quae ex istiusmodi consuetudine visa
sunt mala proficisci, facillimè praecaueri
poterunt.

De foeminis, quae se prostituunt.

Cap. 27.

Statuit

STATUIT sacra Synodus ve-
 prouincia Episcopi per suos Vi-
 sitatores, vel per ecclesiarum Pa-
 rochos, omni cura prouideant, vt in quaq;
 parochia femine, quæ õnibus sui copiam
 faciunt, impureq; viuunt, omnes in catalo-
 gum reponantur, nominibus proprijs et co-
 gnominibus earum expressis: tum deinde
 ipsas compellant dominicis ac festis diebus
 singulis, ad ecclesias, vt alij Christi fideles
 factitant, similiter adire, verbi diuini præ-
 dicationẽ, Missas, & salutiferas monitio-
 nes gratia audiendi: per dies item Quadra-
 gesimæ Confessarijs vniuersa flagitia &
 peccata sua patefacere: non quidem vt ab-
 solutionis beneficium, propter impœnitens
 cor, obtineant, sed vt seipsas recognosce-
 tes, scelerumq; turpitudinem ac fœditatem
 intuentes ad pœnitentiam impelli possint.

Etenim

Etenim eo loco doceri eas, reprehendi, & excitari ad vitam honestiorem amplectendam, agendam pœnitentiam, & Christi gratiam promerendam, oportebit.

Quod si ante oculos posita remedia subsidiaq; salutis accipere neglexerint, acriter eas increpent, pœnis impositis coerceant, & cogant cum ijs, quæ modò sunt definita, temporibus, quomodo sacra Ecclesia iubet, rebus diuinis interesse, tum etiã peccata, sacramentali confessione, patefacere. Iste porrò fœminæ caueant, ne cum meretricio ornatu, aut retortis criminibus domo egressæ ad sacras ædes accedant: quod ipsum, aurea illa Christianorũ ætate, sanctimoniæ præcellentes Apostoli detestati, accuratè prohibuerunt: sed potius capite velato propter Angelos, in locis, vbi sanctitudo vigere debet, ipsæ honesto

Honesto habitu significant propriam se fragilitatem agnoscere, honestioremq; vitam statum optare, & velle, teneri deniq; spe aliqua, fore vt in eum, Dei gratia, aliquando perueniant.

De ijs, qui ad remotas ecclesias in collibus, campisq; sitas cum scandalo peregrinantur. Cap. 28.

CVM nonnullis è parochijs, pro causa alicuius voti communis, vel promissionis, ad ecclesias remotiore sitas loco sæpius peregrinationes fieri, atq; ex eis complura detrimenta afferrī soleant, tum propter fæminas alijs atq; alijs de causis solas domi suæ relictas, tū quia peregre profecti, et eundo et redeūdo, in agris cāpisq; necessariò pernoctāt, vbi cibo et potioni indulgēt deniq; humi promiscuè, temereq; iacētes

noctis

SYNODI OLYSSI.

noctis longitudinem canticis profanis, scurrilibus verbis, comessationibus, & interdū rixis, ac iurgijs, magno sui periculo, nec minima cum aliorū offensione cōterunt: cum, inquam, ex istiusmodi conuentibus non minima scelera, flagitiaq; existant, sacra Synodus hortatur cunctos provincie Ordinarios, ut in sua quisq; diocēsi, de eiusmodi re, ac moribus diligenter, penitusq; cognoscant: istarum peregrinationum incōmoda, offensiones, animarumq; pericula per eas importata, cum locorum pariter longinquitate, secum reputando, quoad eius fieri possit, huius generis vota, promissionesq; remittere, vel in alias certē peregrinationes ad sacra loca viciniora, ubi talia detrimenta non accipiantur, aut in aliud etiam pium opus, (id quod ordinario iure poterunt) student commutare.

De congrua

De congrua modulandi ratione in quibusdam diuinis officijs cum cantu persoluendis. Cap. 29.

VT Tridentino Concilio prouincialis hæc Synodus omnibus in rebus, vt par est, & debet, obedientem se præbeat, sancit vt in cunctis prouinciæ ecclesijs, Metropolitana videlicet, Cathedralibus, Collegiatis, atq; Beneficialis minoribus, quò recta apud eas modulari ratio in diuinis officijs teneatur, Passio Domini à sacris Euangelistis memoriæ literisq; mandata, Lamentationes, Lectiones, itemq; alia ad sanctæ hebdomadæ officium pertinentia, & Inuitatoria per annum totum vsurpanda, Officium deniq; defunctorum, secundum correctionem ab Emmanuele Cardoso, regio cantorum præfecto adhibitam, nuperq; peruulgatam,

E tam,

Conc. Tri.
Sess. 24.
de Refor.
cap. 12. ad
finem.

SYNOBI OLYSSI.

tam, atq; editam decantentur. Quæ quidē
dem omnia erunt ad vendendam exposi-
ta.

Ego Georgius Archiepiscopus Olyssippo-
nensis statui de consilio, & consensu
Reuerendissimorum dominorum Epis-
coporum Comprovincialium.

Gaspar Episcopus Leiriensis.

Andreas Episcopus Portualacrensis.

Hieronimus Episcopus Funchalensis.

Typographiæ errata sic restituenda:

- Folio 1. pag. A. pro Domini Domini nostri,
legendum est, Domini nostri Domini.
- Fol. 21. p. B. pro Parochus, alter ille, lege al-
ter ille Parochus,
- Fol. 23. B. vers. 4. pro Ittaq; , lege Itaq;.
- Fol. 24. p. A. pro Sanctimonilaiū , lege San-
ctimonialium.
- Fol. 26. p. versu 2. pro curantes, lege caren-
tes.
- Fol. 30. p. A. versu 18. pro partiter , lege pa-
riter.
- Fol. 31. p. B. vers. 7. pro effererit, lege effece-
rit.
- Fol. 37. p. A. vers. vltimo , expungatur cura
est adium sa, quia redundat.
- Fol. 38. p. A. vers. 17. pro ijdem, lege iisdem.
- Fol. 39. p. B. vers. 13. pro criminibus, lege cri-
nious.
- Fol. 40. p. B. vers. 10. pro istarum , lege ista-
rumq;.

Index præcipuarum rerum, quæ in hoc volumine continentur.

A

Absentia Curatorum à suis parochijs quo
modo, & per quem notari, & mulctari
debeat. cap. 14. fol. 25. & sequentibus.

Absolutio transgressionis decreti, quo pro-
hibetur donatio, & acceptio pro Sacramē-
to poenitentiæ, reservatur Episcopo. cap. 6.
fol. 16. ad finem.

B

Beneficarij, & alij sacerdotes Ecclesiæ pro
tempore, quo comitantur, sanctissimam
Eucharistiam, cū ad infirmos defertur, re-
putantur interessentes officijs diuinis. cap. 2.
fol. 11. ad finem, & seq.

Beneficarij approbati ad confessiones pro
tempore quo eas audierint in ecclesijs, vbi
versari consueuerunt, nihil amittant nec
de distributionibus, nec de anniuersarijs.
cap. 7. fol. 17.

Beneficarij quicunq; in proprijs ecclesijs
prædicantes quo fauore gaudeant. cap. 21.
fol. 33.

C

Canonici etiam in dignitate cōstituti, & cæ-
teri beneficarij ad confessiones approba-
ti,

I N D E X.

ri, pro tempore quo eas audierint in ecclesia cathedrali seu collegiata, vbi versari solent, & quotidianas distributiones, & anniuersaria lucrantur. cap. 7. fol. 17.

Capellæ apud pagos ab ecclesia parochiali distantes quo modo erigendæ, ad sanctissimam Eucharistiam ægrotis ministrandâ. cap. 3. fol. 12.

Capellæ à pagis procul disiunctæ quo modo transferri debeant. cap. 3. fol. 12.

Casus est ordinario reseruatus muneris pro sacramento pœnitentiæ acceptio, vel donatio. cap. 6. fol. 16. ad finem.

Chartæ quæ vocantur ordinum, quid continere debeant. cap. 8. fol. 17. ad finem.

Clavis sacrarij penes Rectores ecclesiæ, & vna esse debet. cap. 17. fol. 29. pag. B. et seq.

Clausura, victus, famuli, & numerus Monialium quales esse debeant. cap. 13. fol. 24. et seq.

Clerici quo modo residere, & suis ordinibus fungi debeant in ecclesijs, quibus adscripti fuerint. cap. 8. fol. 18. pag. 2.

Clerici in minoribus ad altiores promoueri petentes quid probare debeant, & quo modo. cap. 8. fol. 19.

Clerici in sacris, seu beneficiarij filios domini nec habeant, nec éducent absq. epis-

I N D E X.

copi licētia. cap. 24. fol. 35. ad finem, et seq:
Coadiutores Curatorum ad quæ teneantur.
cap. 17. fol. 28. & sequen.

Comessationes, cantilenæ vanæ, & choreæ in
ecclesijs ne fiant. cap. 26. fol. 37.

Concilium prouinciale quibus ex causis ha
bendum. fol. 2. in prin. & eod. fol. pag. B.

Conciones diebus festis quales à parochis
populo proponendæ. cap. 17. fol. 30. B.

Confessarij non theologi, nec iuris canoni
ci periti quolibet biennio examen subire
tenentur. cap. 5. fol. 15.

Confessarij pro sacramento poenitētiæ quo
modo nihil exigere nec sponte oblatū ac
cipere debeant. cap. 6. fol. 15.

Confessarijs quo modo, & vnde subministra
bitur merces. cap. 6. fol. 16. B.

Confessio Fidei est necessaria ad salutem.
fol. 2. ad finem.

Coniugati non præcedentibus monitioni
bus matrimonium cōsummantes qua pœ
na puniantur. cap. 11. fol. 21.

Consuetudo pernoctandi in ecclesijs in vigi
lia Natiuitatis Domini, ac triduo hebdo
madæ Sanctæ cum religione & pietate ser
uetur. cap. 26. fol. 38. B.

Corporalia munda semper habeat Curatus.

cap. 17.

I N D E X:

cap.17. fol.30.

Curati habentes coadiutores ad quæ teneantur. cap.17. fol. 28. B.

Curatus potest, Coadiutore inuito, reserua re sibi administrationem cuiuslibet sacramentorum. cap.17. fol.29.A.

D

Decretum de confessarijs, quibus stipendiũ pro cõfessionibus interdicitur, quater quolibet anno publicetur. cap.6. fol. 16. ad finem.

Denunciations quo modo faciendæ post matrimonium absq; illis ex causa contractum. cap.11. fol.21. B.

Deauntiationes volentium contrahere matrimonium vbi, quo modo, & quibus præcedentibus fieri debeant. cap. 12. fol.22. & sequentibus.

Distributiones quotidianas & anniuersaria quo modo lucrentur Beneficarij in proprijs ecclesijs prædicâtes. cap.21. fol.33.

Diuisio parochiarum, ac munerum incumbentium qualiter sit facienda inter Rectores & eorum Coadiutores. cap. 17. fol. 28.

Doctrina puerorum qualiter à parochis facienda. cap.18. fol.31.

I N D E X.

E

- Ecclesia nec comestationibus, nec vanis cantilenis, & choreis profanari debet. cap. 26. fol. 37.
- Ecclesia Romana est omnium mater & magistra. fol. 7. B. in principio.
- Episcopi prouidere debent vt in parochijs seruetur decretum de cōcionibus habendis. cap. 20. fol. 32. ad finem, & seq.
- Episcopi prouideant vt mulieres quæ suum corpus vulgo publicant, describantur, & ecclesiastica præcepta seruare cogantur. cap. 27. fol. 39.
- Episcopi prouideant ne ex voto communi parochianorum fiant peregrinationes ad ecclesias remotas. cap. 28. fol. 40.
- Eucharistiæ sanctissimi Sacramenti excellentia. fol. 8. B.
- Eucharistiam cum ad infirmos defertur, sacerdotes ecclesiæ comitabuntur. cap. 2. fol. 11.
- Eucharistiam ijdem comitantes perinde habentur quasi choro intersint. cap. 2. fol. 12.
- Examen appellantis à repulsa beneficij curati quo modo fiet. cap. 16. fol. 27.
- Excommunicatio ipso iure imponitur sponsis ante legitimum matrimonium corpora com-

I N D E X.

ra cōmiscentibus. cap. 9. fol. 20. post princ.
F.

Fides est fundamentum Christiani ædificij,
sine quo impossibile est placere Deo. fol.
2. B.

Filij clericorum in sacris, seu beneficiato-
rum in eorum domibus nec habeantur,
nec educantur, absq; Episcopi licentia.
cap. 24. fol. 35. ad finem, & seq.

Fores ecclesiæ quo tempore claudi, vel ape-
riri debeant. cap. 26. fol. 37. B.

Forma professionis Fidei. fol. 3. post princ.
& seq.

I

Indulgentiarum potestas in ecclesia à Chri-
sto relicta. fol. 9. B.

Imagines Sanctorum venerandæ. fol. 9. in
princ.

L

Licentia erigendi, seu transferendi capellas,
seu oratoria, pro sanctissima Eucharistia in
firmis ministranda, fiat gratis. cap. 3. ad
finem. fol. 13.

Licentia quando concedenda, seu neganda
sit Curatis eundi ad studium literarum.
cap. 15. fol. 26. B.

Literæ quæ chartæ ordinum vocantur quid
contine

I N D E X.

continere debeant. cap. 8. fol. 17. ad finem.
Locus proprius ne vsurpetur in ecclesijs
etiam regularibus. cap. 23. fol. 35.

M

Merces vnde subministranda Confessarijs
ad id beneficium non habentibus. cap. 6.
fol. 16. B.

Merces vnde constituetur prædicatoribus
in ecclesijs parochialibus. cap. 20. fol. 33.

Ministri altaris quid agere debeant cum Præ-
lato, Rege, seu alijs Magnatibus Missæ inter
essentibus. cap. 4. fol. 13. & seq.

Monialium numerus, victus, clausura, & fa-
muli. cap. 13. fol. 24. & seq.

Mulieres, pœnitentiæ causa, in publico se-
non verberent: sed in occulto corpus suum
affligere momentur. cap. 25. fol. 36.

Mulieres, quæ sepulchri custodiendi gratia
in templis versari audent, inde exire com-
pellantur. cap. 26. fol. 38. ad finem.

Mulieres in meretricia vita collocatæ in ca-
talogum reponi, & ad observationem præ-
ceptorum Ecclesiæ cogi debent. cap. 27.
fol. 39.

O

Oratoria apud pagos ab ecclesia parochiali
distantes quo modo erigenda seu transfe-
renda.

I N D E X.

renda, ad sanctissimam Eucharistiam ægro-
tis ministrandam. cap. 3. fol. 12.

Officia diuina modulanda iuxta correctio-
nem ab Emmanuele Cardoso adhibitam.
cap. 29. fol. 41.

P

Papa est successor Petri, & Vicarius I E S V
Christi. fol. 9. B.

Parentes sponsorum permittentes eos ante
matrimonium cohabitare, quo modo pu-
niantur. cap. 9. fol. 20. post princ.

Parochus, qui parochianum suum ante de-
nuntiationes, ex licentiâ, matrimonio
coniungit, quid deinde facere debeat.
cap. 11. fol. 21.

Parochus quam diligentiam adhibere de-
beat ante denuntiationes volentium con-
trahere matrimonium. cap. 12. fol. 22.

Parochi habentes Coadiutores ad quæ te-
neantur, & quid facere possint. cap. 27.
fol. 27.

Parochi quibus diebus, & qua ratione pue-
ros rudimenta fidei docebunt. cap. 18.
fol. 31.

Parochus pueros in fide erudienti quan-
do, & vnde merces sit assignanda. cap. 18.
fol. 31. B.

Parochus

I N D E X.

Parochus inter Missarum solennia quo modo se habebit cum parochianis præcepta Ecclesiæ transgredientibus. cap. 22. fol. 34.

Parochus quomodo se habere debeat erga fœminas, quæ sui corporis copiam facere insuescunt. cap. 27. fol. 39.

Pœnitens pro sacramento pœnitentiæ nihil omnino det, nec offerat Confessario, loco & tēpore confessionis. cap. 6. fo. 16. in prin.

Pœnitentiā quomodo sit per parochos imponenda parochianis, pro transgressionibus præceptorum Ecclesiæ. cap. 22. fol. 34.

Præcepta Ecclesiæ transgressi moneantur, vt sacramentali confessione delictum patefaciant. cap. 22. fol. 34. B.

Prædicationes qualiter in parochialibus ecclesijs sint habendæ, & mercedes pro illis constituendæ. cap. 20. fol. 32. ad finē & seq.

Promotor quomodo procedere debeat aduersus desponsatos, qui secundò sponsalia celebrantes carnaliter coniunguntur. cap. 9. fol. B.

Prouisor diœcesis habeat libellum, in quo sint conscripti omnes, qui ad ordines promouentur, & eos cogat suis deseruire ecclesijs. cap. 8. fol. 18. ad finem.

Publicatio decreti, quo prohibetur stipendium

I N D E X.

dium pro confessionibus fiat quater in anno. cap. 6. fol. 16. ad finem.

Pueri qua ratione & quando docendi sunt à parochis fidei rudimenta. cap. 18. fol. 31.

Pueri quales in seminario sunt recipiendi, & quandiu in illis permanere possint. cap. 19. fol. 32. B.

Punctatori absentia Curatorum non residentium, quæ merces assignanda. cap. 14. fol. 26.

R

Rectores ecclesiarum habentes Coadiutores quid agere debeant, & possint. cap. 17. fol. 27. B.

Regimen de celebratione Missarum nuper editum inuiolabiliter obseruetur. cap. 4. fol. 14.

Reliquia Sanctorum sunt veneranda. fol. 9. in princ.

Residentia Curatorum. cap. 14. fol. 25.

Ritus Ecclesie admitti & obseruari debent. fol. 8. post principium.

S

Sacerdotes qui comitaturi sint sanctissimam Eucharistiam cum ad infirmos defertur. cap. 2. fol. 11.

Sacerdos quibus ministris assistentibus celebrare debeat, præsertim dominicis diebus.

I N D E X.

- bus. cap. 4. fol. 13.
Sacerdos primam Missam celebraturus ubi
ad id induere debeat sacras vestes. cap. 4.
fol. 14. B.
Sacerdos nullis intersit sponsalibus. cap. 10.
fol. 20.
Sacramenta nouæ legis quot, & quæ sint.
fol. 8. in princ.
Sancti, eorumq; Reliquiæ, & Imagines vene-
rari debent. fol. 9. in princ.
Seminarium puerorum intra annum eriga-
tur. cap. 19. fol. 32.
Sponsi secunda sponsalia contrahentes, prio-
ribus non solutis, qualiter puniantur. cap.
9. fol. 19.
Statio ad populum inter Missarum solēnia
per quem sit facienda. cap. 17. fol. 30.

T

- Tabella in ecclesijs habenda, in qua sint des-
cripta nomina ordinatorum, qui eisdem
ecclesijs fuerint adscripti. cap. 8. fol. 18.
Tabernacula ad sedendum in ecclesijs pro-
hibita. cap. 23. fol. 35.
Templum Dei nec comessationibus, nec va-
nis cantilenis profanetur. cap. 26. fol. 37.
Transgressio decreti quo prohibetur dona-
tio seu acceptio pro sacramento pœnitenti-

tiæ

INDEX.

Et est casus reseruat^{us} Ordinario. cap. 6.
fol. 16. ad finem.

V

Vestes sacræ in necessariorum ædes à Sacer
dote primùm celebraturo ne deportentur
cap. 4. fol. 14. B.

Visitatores inquirent super violatione de
creti, quo prohibetur aliquid donari, seu
recipi pro confessionibus. cap. 6. fol. 17. in
princ.

Visitatori est reddenda ratio punctorū, qui
bus Curati absentes notantur. cap. 14. fol.
26.

Visitor cognoscat quomodo Curati, & eo
rum Coadiutores suo muneri in parochia
diuisa satisfaciant. cap. 17. fol. 29. B.


Vota communia eundi ad ecclesias remo
tas quare, & quo modo commutari debe
ant. cap. 28. fol. 40.

EX ANTONII GONSALVEZ
excusoria officina in lucem prodijt anno
post Christum natum

1575.

BY ANTONIO CONSALES
Lect. in the Faculty of Medicine
of the University of Turin

1875



3